

Grisando, Urso Boso e
Russo abitanti di Marsico

XXVII 5

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Grisando, Urso Boso e
Russo abitanti di Marsico

XXVII 5

1148-05

In nomine Domini nostri Ihesu Christi anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo quadragesimo octavo, mense madio, indictione undecima. Cum in divina legata pagina sicut aqua igne extinguit ita elemosina peccatorum.

Nos igitur Grisandus Curatolus filius Petri et Urso Boso filius Onerici et Russo filius Petri Rinci de civitate Marsici remedio anime nostre nostrorumque defunctorum parentum animarum redemptionem declaramus etenim bona et congrua voluntate nostra subscriptorum testium bonorum hominum presencia ... ac per fustem tradidimus ecclesie Sancti Petri Tramutule recipiente hanc eandem oblacionem domno Iohanne Marsici Sancte Trinitatis de Cava monacho una cum advocato suo Rogerio domni Riccardi archidiaconi filio quantum nobis pertinuit ad locum ubi Raspulla vocatur et ... valle Tramutule cum ... videlicet et exitiis suis et cum omnibus infra se habentibus et possidentibus sine nostra et heredum nostrorum ac omnium hominum contestatione et requisitione omni tempore futuro praeter Picare castanetum quod nobis nostrique heredibus reservavimus in eodem loco. Unde eidem domno Iohanni vadium dedimus eandem ipsam cum advocato suo iamdicto recipientis fideiussoribus positis Guilielmo filio Gualteri et Raynaldo scribano necnon et Ursone filio Iohannis Rellatorta de civitate predicta ut iam nec nos nec heredis nostri hanc oblacionem disrumpere ut removeere seu substraere ab eadem prefata ecclesia queram nec nos nec per ... personas suppositas. Et si aliquis hominum de hac oblatione super eandem iamdictam excla... venerit nos et heredes nostril ipsi ecclesie defendamus ab omni humana persona. Quod si talis faceri noluerimus ut

nequirimus et oblationem istam disrumpere ut retractare quesierimus quolibet modo ut ingenio obligamus nos et heredes nostros predicte ecclesie viginti regales aureos ... tributaros et in puplice similitibus. Ipsis districtis fideiussoribus licentiam tribuentibus pignarandi se et suos heredes per eorum omni pignara legitis et inlegitis sine calumnia et appellatione donec que prelegitur nobis impleatur invitis.

Ex hunc brevem oblacionis tradi... et obligacionis scripsit Iohannes notarius que interfuisse se confitetur, anno et indictione prelati. # Ego Riccardus iudex # Ego Hildemannus iudex